

IN TEXTUS POENITENTIALES,

Dierum solennium precum, Anni 1710.

Brevis instructio.



Quandoquidem manus DOMINI super nobis aggravata est, Psal. 32: 4. conf. Esa 5: 15. & 9: 12. mala quoque quibus affligimur, multiplicata sunt, Lev. 26: 18. &c. sancto instituto voluerunt CELSISSIMI COMITES, SÆ REGIÆ MAJESTATIS SENATORES EXCELLENTISSIMI, dies solennibus precibus & pœnitentiâ devotioni indicare quinque, in decimum hujus Seculi annum; quemadmodum quartus A. 1675. tribus prioribus additus est. Suntque Textus jam in singulos præscripti, ex Scriptura Canonica lectissimi. Quoniam vero illorum aliqui, in Fasciculo Dispositionum homileticarum, A. 1693. hic typis emisso, expositi deprehenduntur, nolumus in illis, propter causam, jam A. 1709. traditam, actum agere. Ad reliquos autem huic anno destinatos, brevem explicationem, in idioma Latinum transferre placuit, ex Opere Exegetico, quod in totum Sacrum Codicem, per DEI gratiam, paratum habemus, & nunc, DEO NOSTRO BENEDICENTE, sub prelo prodit. Sensu autem literali cognito, Dispositiones concionum facile quisvis formare potest. Exordia peti possunt ex dicto opere homiletico. Quingenta circiter ibi tractantur loca Biblica; nil impedit prolixius ibi explicata concise tradere, vel que brevius ibi scripta sunt, auctiori enarratione in justam exordii formam extendere. Obvium quoque erit V. D. Ministris exercitatis, qui operam suam omnino Concionibus illorū dierum impendant, Usus, qui quoque in Fasciculo copiose monstrantur, ex textu deducere, applicationemque, instituire gregi sibi commisso necessariam & utilem: idque longe convenientius fieri quandoque potest, quam si in genere quedam in eum finem scriberemus. Tristis patria status neminem lateat, animo anxio magis quam verborum copia deplorandus. Annitiamur itaque, ducere auditores ad seriam pœnitentiam, inque illis fiduciam in DEUM, & ad preces pro S. Reg. MAJESTATE, Ecclesia Christiana & patria afflictissima, assidue fundendas, illos excitare; vitæque emendationem in omnibus promovere. Benedicat DEUS propter DOMINUM JESUM labori nostro, & non erit in Illo inanis! 1. Cor. 15: 58.

A

Die I.

Cura Cap. H.

TEXTUS Jer. 9: v. 12, 13, 14.

v. 12. **A**ch! at nu någor wjrs wore (a), och lade thet
 upå hiertat (b), och förkunnade hwad HERRans mun
 til honom säger (c) hwårföre doch landet -- ther
 ingen wistas. (d)

(a) Hebr. *Quis est uir sapiens?* O si quis per piam sapientiam hoc audiret & perciperet: & non, ut populus hicce, obtenebrato corde & voluntate averfa, verbum & comminationes Dei v. 10, 11. respueret, Psal. 107: v. 43. Ose. 14: v. 10.

(b) *Et qui hoc velit intelligere?* ac probe perpendere, quæ nomine Dei dicturus sum. v. 13, 14.

(c) Quandoquidem ore Domini prolata sunt verba, quæ ego mox v. 13. annuntiabo, optandum est, quemquam tam prudentem fore, ut illa itidem liberis suis, servis, domesticis, &c. inculcarent. conf Gen. 18: v. 19. Deut. 6: 7, 8. seqq.

(d) Confer Thren. 1: 4. de vastatione terræ repetatur, v. 10. hujus capituli, ubi loco verborum på bergen dicendum propter montes: intelligendo Judæam montosam, Jer. 17: 3. & 33: 13. *Widb the säbodas i öknene;* Hebr. propter habitacula deserti, mansiones pecorum & pastorum, Psal. 65: 13, 14. Joel 2: 22. *förbärjade:* igne vastata. ita Jer. 46: 19. &c.

v. 13. Och HERren sade (e): Therföre at the öfvergifwa Min lagb, som jagh them föregifwit baswer (f), och lyda intes Min ord (g), leswa cū eller ther efter. (h)

(e) Quoniam inter vos non est qui velit indicare mali causam, de qua quaesitum fuit v. 12. En! inquit Propheta, faciet id Deus per me, arguendo vos inobedientiæ detestandæ; sic etiam Jer. 5: 29. & 16: 10, 11. & 22: 8, 9. &c.

(f) Per Mosen, Exod. 34: v. 1, 28, 29.

(g) Hebr. *voci Mea;* Lex enim sonora voce prolata est, Exod. 19: 19. & 20: 1.

(h) H. *neque ambularunt in ea;* in lege mea, Dan. 9: 10, 11, 14.

A

v. 14.

v. 14. *Utam folja fins biertas tyckio (i), och Baalim (k),
såsom theras fäder them lärde hafwa. (l)*

(i) Hebr. *sed iuerunt post obfirmationem cordis sui.* Jer. 7: 24.
& 13: 10. 2. Pet. 3: 3.

(k) *De Baalim hæc ad Judic.*
2: v. 11. in opere nostro sunt notata: vox Hebræa *Dominus* significat;
omnia enim idola ita appellata fuerunt, Judic. 8: 32. 2. Chron. 28: 2.
Quivis idolum suum *Baal*, hoc est *Dominum*, vocavit, aliqui discrimi-
nis causa *Baal-Peor*, Num. 25: 3. *Baal Sebul*, 2. Reg. 1: 6. &c. Pri-
mitus solem, lunam & stellas coluerunt, quibus potestatem in homines
superstitiose adscribebant, Deut. 4: 19. tum coeperunt honorare mortuos,
deinde illorum, imo, in cæcitate sua, aliarum rerum creaturarum, ani-
maliumque imagines colere, Rom. 1: 23, 25. In hoc autem diaboli se-
coli, variisque nominibus honorari fecerunt, Marth. 12: 24. 1. Cor. 10: 20.
Baruch, 4: 7.

(l) Et verbis scandalosis, & exemplo
malo, Jer. 7: 18. Ezech. 20: 18. 1. Pet. 1: 18.

Quæ prolixæ Textus hujus applicationi inserviant, peti possunt ex
Fasciculi Homiletici locis plurimis: Inprimis ad textus ex libro Jeremiæ
expositos. ad Jer. 5: v. 23--29. Fascicul. pag. 359. & 544. ad Jer. 6: v. 16.
p. 626. plenius v. ad Jer. 5: 3--5, pag. 315. ad Jer. 7: v. 1--7, pag. 340. &
467. ad Jer. 21: v. 14. pag. 478.

CONCIO II. Text. Dan. 9: 9--16.

v. 9. **M***En tin HERre -- förlåtelse (a); ty (b) wij äro affäl-
lige wordne (c)*

(a) Hebr. *Condonationes.* Domino Deo nostro intensissimæ sunt
miserationes (quemadmodum hoc explicatur, Luc. 1: 78, conf. Gen. 43: 30.
1. Reg. 3: 26.) & *conadonations.* Multarum mentio fit, quia sapissimæ
à Deo hominibus conferuntur, Exod. 34: 6, 7. Pl. 78: 38. & 130: 4.

(b) Vel, *quavis*: ita potest vox illa accipi, Gen. 8: 21. Prov. 22: 22.

(c) Hebr. *Rebellavimus contra Ipsum*, supr. v. 5.

v. 10. *Och -- Gudz röst (d), at wij hadom mått wandras (e)
i Hans lag (f) -- förelade. (g)*

(d) Deus non ad omnes oretenus verba fecit, Exod. 19: 37. & 20: 19.

funt tamen & illa Dei verba, qua Prophetæ & Sacerdotes, ipsius mandato loquuntur, Jer. 1: 10. NB. Matth. 10: 19. Luc. 10: 16. & 12: 11.

(e) Non observavimus præcepta Domini, quæ sunt Ipsius *via & semita*, Pf. 18: 31. & 27: 11. & 119: 3. 15, 32, 33, 35. &c. vid. v. 5.

(f) Hebr. *Leges*: quia non unum tantum præceptum, vel una lex obedientiam poscunt, sed omnes, Deut. 27: 25. NB. Jac. 2: 10.

(g) Hebr. *Quæ dedit coram nobis, per manum servorum suorum Prophetarum*. Ita verbum Dei non procul a nobis distat, nec difficile est intellectu, Deut. 30: 13, 14. Psal. 19: 9. Prov. 6: 23. *Manus* denotat ministerium, cujus beneficio aliquid peragitur, Lev. 26: 46. Num. 9: 23. & hic loquendi modus de Prophetarum ministerio accipitur, Zach. 7: 12.

VII. --- *Så at tbe icke lydde (b) -- ock eed (i) kommit öfver oss (k) -- Mose Gudz tienares lag (l) &c.*

(b) Hebr. *Et recesserunt ut non obediant*, etiam aures avertendo. v. 5: 6, 7, 14. Prov. 28: 9.

(i) Num. 5: 21. Daniel respicit solennia illa juramenta, quibus populus, sub maledictionis pœna, obstrinxerat se ad observationem mandatorum Dei, Deut. 27: 13, 29, 10. & 19: 27. Jos. 24: 25-27. 2. Chron. 15: 12-15. & 23: 16. Ipsa maledictio describitur Lev. 26: 16. seqq. Deut. 28: 15, seqq.

(k) Hebr. *Defluxit super nos*, instar pluvix, NB. Exod. 9: 33. 2. Sam. 21: 10. Effusionem iræ divinæ habes 2. Chr. 12: 7. & 34: 25. Jer. 42: 18. & 44: 6.

(l) Ita etiam v. 13. vocatur lex. 1. Reg. 2: 3. Luc. 2: 22. Act. 13: 38. Non quod illam condiderit Moses, sed quod per ipsum lata sit, Exod. 19: 7. & 20: 19.

12. *Ock Han hafver hållet (m) -- wåra domare (n) - stoor olysko (o) skede är. (p)*

(m) Hebr. *Firma reddidit*, stare fecit, ne caderent, vel viribus ac effectu suo destituerentur in malorum comminatione, v. 14. Jer. 11: 3, 8. Semper enim efficacia & virtute sua verbum Dei gaudet, Esa. 55: 11. Jer. 23: 29. Hebr. 4: 12. & veritate, Psal. 119: 43. 142, 160. Joh. 17: 17, 19.

(n) Non solum contra illos, qui ante Regum tempora judicabant populum Israël, Jud. 2: 18, 19. sed etiam contra Reges ipsos, qui ita appel-

pellantur, 2. Reg. 15: 5. Hof. 13: 10. Amof. 2: 3. imo, contra iudices quoscunque in quavis civitate, Deut. 19: 18. 2. Chron. 19: 6, 7, 8.

(o) Vel, *magnum illud malum*, v. 13. Jer. 32: 42.

(p) Abusum magnæ gratiæ, magna sequitur pœna, Luc. 12: 47, 48.

v. 13. -- *stora onda* (q) -- *wâr Gudb* (r) -- *wâra synder* (s) *cub tånckte* (t) &c.

(q) Confitetur Propheta ulterius Dei justitiam & veritatem in pœnarum irrogatione, juxtaque Ipsius clementiam, in prius annunciandâ pœna; adeo ut nulla populo excusationis suppeteret occasio, dicendo hoc sibi non antea indicatum fuisse, v. 11: 12. Amof. 3: 7.

(r) Hebr. *Facies Jehove Dei nostri*; ad indicandum sincerum in precibus propositum; instar fidelis servi, qui semper observat faciem Domini sui, ut eo melius possit ipsius voluntatem exsequi, Psal. 27: 8. & 31: 17.

(s) Notatur precum fraus, illas non sinceræ fuisse, sed frigidæ, sine pœnitentia. Esa. 29: 13. cum Deus peccatores non audiat, Joh. 9: 31. sed illos qui Ipsum in spiritu & veritate adorant, Joh. 4: 24. & cum proposito emendandi vitam, Deut. 28: 1. Psal. 81: 14. *Qua ratione conversionis gratia expeti debeat*, vid. Jer. 17: 14. & 31: 18. Act. 26: 18.

(t) Ut intelligeremus Tuam veritatem, Deut. 32: 29. Non cum diligentia consideravimus & cum timore pœnam, quam veracissimus Dominus, Num. 23: 19. 2. Tim. 2: 13, induratis peccatoribus infligere solet, Deut. 28: 15 -- 68. Luth. *Nolumus adhibere fidem Tuis minis; antequam coram oculis essent.*

v. 14. -- *tbenna olyckone* (u): *Han giôr* (x) &c.

(u) Hebr. *Vigilavit Jehovah super malo*, conf. Jer. 1: 12. & 31: 28. & 44: 27.

(x) Non solum in omnibus aliis operibus suis, verum etiam in hac populi pœna. Hac justitiæ Divinæ, ut & priorum ac populi peccatorum toties facta repetitione, ostendit Propheta mœrorem, quo ob peccata affectus fuit, quia ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12: 34.

v. 15. *Och nu Herre* (y) *wâr Gudb* (z) -- *band* (a) -- *thet uu är* (b) -- *warit ogudachtige* (c)

(y) Qui potes facere &c. Eph. 3: 21.

(z) Verbum confidentiæ, recumbens in Divinæ gratiæ promissionibus, Gen. 17: 7, 8. Exod 6: 7. conf. Dan. 9: 4.

(a) Vid. Deut. 4: 34. Psal. 136: 11, 12.

(b) Quemadmodum hodie nota sunt miracula Tua, Jer. 32: 20.

(c) Peccavimus, impii fuimus v. 5. Quo major est contritio, eo majus gratiæ est desiderium, quæ etiam eò abundat magis. Rom. 5: 21. quia cum nos ipsos judicamus, non condemnatur. I. Cor. 11: 31.

v. 16. -- rättferdighet skul (d) håls vp af (e) -- berg (f):
-- faders (g), försmädelse -- (b) äro. (i)

(d) Hebr. *Juxta omnes justitias Tuas*, respicit Propheta justitiam Dei; non illam, qua Dominus reddit *culibet secundum opera sua*, v. 7, 14. Psal. 5: 4--6. & 11: 5--8. qua nemo coram Ipso consistere valet, Psal. 130: 3. & 143: 2. sed *tam* justitiam illam, qua Deus eripit pressos e manibus opprimentium, Psal. 103: 6. *quam* illam, qua implet promissiones suas, Neh. 9: 8. Psal. 51: 16. *Quamvis* autem justitia Dei semper sit una, sunt tamen ipsius opera varia, respectu diversitatis hominum, quibus confertur; nam in Deo nihil est mutabile, (Psal. 102: 27, 28. Jac. 1: 17.

(e) Hebr. *Reveretur ira Tua, & exiandescentia Tua*, conf. Num. 25: 11.

(f) *Jerusalem, mons sanctitatis Tua*, v. 20. Eodem Propheta adhuc hunc locum insignit nomine, quo antea in Scripturis venerat, Esr. 1: 3. Psal. 41: 5. & 48: 4, 9. Esa. 6: 13. confidendo Dei promissionibus, adhuc ita futurum, v. 2. Jer. 29: 10. præcipue autem desiderat cultus Divini restaurationem v. 17. sic & fieri debet, Matth. 6: 33. quare etiam præcipue hac de re responsum tulit, v. 24, 27.

(g) Non iniquitates Patrum tantum nominat, quas ex promissione Divina non portabunt liberi, Ezech. 18: 20. sed propria ipsorum & Patrum una, propter quas etiam impij posteri pœnas luere debent, Exod. 20: 5.

(b) Non illa ignominia quæ verbis tantum fit, sed quæ gestibus pariter & opere committitur, Neh. 2: 17. Esa. 30: 5. Thren. 2: 15.

(i) Conf. Psal. 44: 14. & 79: 4. Ezech. 16: 57. Thren. 1: 8, 9, 11.

Culpa confessio & pœnæ Divinæ deprecatio, quæ præcipue tractantur

200
269
tur in Textu, & in Usibus urgenda veniunt, infinitis vicibus in Fasc. de
scripta & instillata habes, ut ad Judic. 10: 15, 16. p. 407. ad Psal. 32: 1 -- 6.
p. 208. ad Esa. 24: 5, 6, 7. p. 403. & 59: 12, 13. p. 438. ad Jer 14: 20, 21. p. 537.
& 32: 17 -- 19. pag. 578. &c.

CONCIO III. Mich. 7: v. 8, 9.

v. 8. **F**Rögda tigh intet (a) min fiendska (b), at jagh ne-
dre ligger (c), jagh skal åter vpkomma (d), och om
jagh än sitter i mörckret (e), så är doch Herren mitt lius. (f)

(a) H. *Ne lateris super me*: de infelicitate & adversitate mea, v. 10.
Sunt verba fidelium tempore Micheæ, Mich. 4: v. 10, 11. & 5: 3, 5.

(b) Per *inimicam*, intellige hostes Ecclesiæ in genere, v. 10. in spe-
cie vero tempore Prophetæ, vel Babylonicum imperium, a quo, ut &
ab Assyriis gravissima sunt passi, sub quibus quoque capti Judæi &
Israelitæ, v. 12. 2. Reg. 17: 9. & 25: 4. &c. qui quoque in malis Judæ-
orum latabantur, Psal. 137: 3. Jer. 50: 11. vel potestas Edomæorum, hi e-
nim implacabiles erant Judæorum hostes, Thren. 4: v. 21, 22. ac in pla-
gis Jerusalem delectabantur, Psal. 137: 7. Amos. 1: 11. Obad. v. 12. &c.

(c) Hebr. *Nam cecidi* quidem: in infortunia, Prov. 24: v. 15, 16, 17.

(d) H. *sed resurrexi*, ex calamitoso meo statu. Adeo certi sunt pii
de auxilio Divino, ut etiam in malis constituti, de liberatione, ut jam
sibi data, loquantur, Mich. 7: v. 7, 9. conf. Psal. 94: 18. &c.

(e) In afflictissimo statu & doloribus multis, qui *tenebra* vöcantur,
Esa. 5: 30. & 8: 22. & 9: 2. Thren. 3: 2. Joel 2: 2. Amos 5: 8, 18, 20. & 8: 9.

(f) Deus gratiosa sua præsentia, sub ipsis tenebris, me consolatur,
2. Sam. 22: 19. Psal. 27: 1. Esa. 60: 1, 19, 20. & brevi, ex misericordia sua,
in priorem statum felicem me restituet, Esth. 8: 16. Job. 29: 3. Psal. 97: 11.

v. 9. Jagh wil bära &c. *hic versus integra homilia eluci-*
datur, Fascie p 249. seq.

Die II. (ad d. 22. Aprilis.)

CONCIO I. Text. Psal. 60: v. 3, 4, 5, 6, 7.

v. 3. **G**udh Tu som ofbedröfwat -- wäst wred (a); trösta
Goffigen. (b)

(a)

(a) Juxta Hebr. *Gubtu hafwer bortdrifwit ofß, Tu hafwer förströdt*
Tu hafwer wor irredet partim tempore Judicium, Jud. 2: 14. & 13: 1.
partim sub imperio Saulis, 1. Sam. 11: 19. & 31: 1. conf. Pſal. 44: 10.
ſite diuiffimis plagis indignationem Tuam, contra peccata noſtra decla-
raſti, 1. Reg. 8: 46. Pſal. 79: 5. & 85: 6.

(b) Heb. *Reduc nobu*
quietem; antiquam gratiam & miſericordiam. Pſal. 85: 5, 7. ita ſe ipſum
conſolatur David, in hac contra hoſtes ſuos expeditione, v. 8. Pf. 23: 3.

v. 4. *Tu ſom jordena (c) hafwer berördt (d) och remna*
lätit (e), hela (f) becnnes reſwor (g) then ſå förfallen är. (b)

(c) Præcipue terram Iſrael, Pf. 61: 3. (d) Vid. Hag. 2: 7, 8.

(e) Per bella & ſeditiones, v. 3. quibus, tamquam terræ motu, ſta-
tum regiminis noſtri valde immutaſti, vid. Ezech. 31: 16.

(f) Minuendo mala & pacem reſtituendo, 2. Chron. 7: 14. Hoſ. 6: 1.

(g) Damnum ipſius & deſtaſtationem, idem in Hebr, vocab. Ef. 59: 7.
Jer. 14: 17. Nah. 3: 19.

(b) vel: *minatur ruinam*: idem verb. Pſal. 38: 17.

v. 5. *bårde ting (i) -- falla måſte. (k)*

(i) Duras plagas, conf. 2. Chron. 10: 4. quibus nos, duros corde
Ezech. 2; 4. graviter premis, Eſa. 19: 4. Reſpicit David cladem deſcriptam
1. Sam. 4: 10: 11. &c.

(k) Hebr. *Potaſti nos vino trepi-*
daationis, ex iræ Divinæ & calamitatum calice. conf. Pſal. 75: 9. Eſa. 51:
17 -- 23. Jer. 25: 15, 16.

v. 6. *ett teckn (l) -- vpreſte (m) -- ſåkra wara, (n) Sek, (o)*

(l) Hebr. *Signum.* Tu qui es ſignum noſtrum. v. 12. Eſa. 11: 10, 12.
concedes nobis jam victoriam glorioſam, unam poſt alteram, v. 14. conf.
Exod. 17: 15, 16. (m) *Ut erigatur*, triumphali honore
& ovatione ſuper hoſtes noſtros, conf. Zach. 9: 16.

(n) Hebr. *Propter veritatem*, qua populo promiſſum Tuum ſervaſti,
Pſal. 33: 4. 2. Sam. 7: 10, 11. Luth. *Historia aſſerit, Deum omni reuapore*
excitaſſe, qui pulſis hoſtibus Iſrael ſecuritatem pararunt. (o) vid. Pf. 33.

v. 7. *Tinawänner (p) förlo ſewarda (q) -- Högra band (r)*
och hör ofß. (s)

(p) Populum Tuum cariſſimum, & fideles in Iſraël, Pf. 108: 7. & 127: 2.
Evod. 19: 5. &c. (q) A plagis hoſtilibus, conf. Pf. 6: 5, & 91: 15.

(r)

201

(r) Omnipotenti auxilio, ut nos defendas & sustentas, Ps. 18:36. & 21:9. & 44:4. (f) Præcipue me (Ps. 108:7.) ardentè con-
stantèrque orantem, v. 13. conf. Ps. 3:5. vid. ad Ps. 60:13, 14. Fasc. p. 116.
ad Ps. 79: v. 8, 9. pag. 473. ad Ps. 84: 8, 9. p. 589. & 592. ad Phil. 85: 1-9. p. 222.

CONCIO II. Dan. 6: v. 26, 27.

v. 26. **T**Hetta är min befalning (a), -- rikes herradöme (b)
-- och rådas (c) Daniels Gudh [d]; -- lefwande Gudh (e)
-- blifwer ewinnerliga (f). -- oförgänkelig (g) -- ingen ända. (h)

(a) Chald. *A-coram me positum est editum*: eadem locut. Dan. 3:29.

(b) Omnes regiones & populi, qui meo parent dominio. Darius hic multo agit consideratius Nebucodonozare, Dan. 3:29. nam Darius hoc miraculum omnibus hominibus cognitum esse vult, v. 25. subditis autem tantum hoc mandatum dat, Rom. 13:5. (c) Conf. c. 5:19. Hic autem tanto magis, quanto Summi Numinis timor & cultus, omnibus major esse debet, quam erga homines, Deut. 10:20, & 28:58.

(d) Deus, vocatur hic Deus Danielis, propter miraculum jam jam editum, ipseque collatum beneficium; etiam eo nomine, quod in impia illa gente solus verum coluerit Deum, quemadmodum Dan. 3:29. Sadrachi &c. vocatur Deus, Abrahami &c. Gen. 26:24. Davidis, 2. Sam. 24:3. Eliæ 1. Reg. 17:12. Esajæ, Es. 7:13. &c. (e) Conf. Dan. 6:20. ubi hæc notata leguntur. Rex Deum vocavit, *Deum vivum*, ut Eum discerneret ab idolis mutis, 2. Cor. 12:2. idque sæpe in laudem Dei dicitur Jos. 3:10. 2. Reg. 19:4, 16. Ps. 42:3. Jer. 12:16. ita per Deum vivum jurabant, Judic. 8:19. 1. Sam. 14:39, 45. celebratur Deus illo epitheto, quoniam vitam habet in se ipso, Joh. 5:26. estque ipsa vita 1. Tim. 6:16. 1. Joh. 5:20 & omni viventi vitam dat, Deut. 30:20. Ps. 36:10. Act. 17:28.

(f) Conf. Esa. 41:4. & 44:6. & 48:12. Jac. 1:17. Apoc. 1:11. & 2:8. &c.

(g) Quod non perdi potest, conf. Dan. 2:44. & 7:14.

(h) Chald. *Dominatio Ejus ad finem usque*. Durat ad omnium rerum finem, & adhuc ulterius in omnes æternitates, quod quoque verba proxime præcedentia volunt, conf. Dan. 3:33. & 4:31. Verbum: *usque*, non excludit sequens tempus & durationem, conf. Psal. 110:1.

v. 27. Hanär en Frälsare och nödbielpare (i), -- frälst Daniel ifrå lejonen. (k)

B

(i)

(i) Quemadmodum Deum antea, *Deum viventem* appellabat, ita adhuc ipsum Deum *liberantem & eripientem* esse dicit: Suos enim salvat ex omni periculo. Ps. 91: 15. & 145: 18, 19, 20. Es. 43: 11: & 45: 15, 21. & 49: 23. & 63: 1. Jer. 14: 8. *facientemque signa & mirabilia*. Dan. 3: 32. in coelis Jos. 10: 13. 2. Reg. 20: 11. Luc. 23: 44, 45. & in terra, Dan. 2: 28. & 3: 26. & 4: 28. & 5: 5.

(k) Chald. *Eriguit Danielem e manu leonum*. vel ex ipsorum robore & potentia, Dan. 1: 2. Ex hoc Regis mandato colligitur, Darium hoc miraculo conversum fuisse, quod bonum opus etiam subditis injungit, conf. Dan 4: 34. Luth. *Hic est fructus fidei Danielis; nam fides semper miracula & magna facit*. Conferatur ad Ps. 18: 47. Fasc. p. 700. ad Ps. 27: 7, 8, 9. p. 487. ad Ps. 31: 1-5. p. 455. ad Ps. 59: 17, 18. p. 553. ad Prov. 3: 5, 6. p. 306. NB. p. 308 Mich. 6: 3, 4, 5. p. 10.

CONCIO III. Text. Matth. 3: 8, 9, 10.

Priores duos versus explicati sunt, loco Exordii Fasc. p. 340. addi potest in tertii vers. intellectum Homilia ad Luc. 13: 6-9. p. 397.

Die III. (ad d. 10. Junii.)

CONCIO I. Text. Rom. 2: 4, 5. integra homilia expositum vid. Fasc. p. 389.

CONCIO II. Text. ad Esa. 58: 6, 7, 8, 9. vid. Fasc. Hom. p. 116. & Exord. p. 496.

CONCIO VI Text. 2. Chron. 6: 41, 42.

v. 41. *Så ståt nu vp (a) -- til tina roo (b), Tu (c) och Tim Smachts ark (d), iklädde- (e) medb saligbet (f), -- heliga (g) -- öfver thet goda. (h)*

[a] Jam ergo surge, O Jehovab Deus: conf. Num. 10: 35. Textus desumptus est ex Ps. 132: 8, 9, 10

[b] Deo non potest proprie requies attribui, Esa. 40: 28, & 66: 1. sed cum adeo gratiose præsens esset arcæ, conf. 2. Sam. 6: 2. ut una cum illa & tabernaculo, populum sequeretur, Num. 9: 17, 20. 2. Sam. 7: 6. ideo in posterum, precibus efflagitat gratiosam Dei præsentiam in templo, quod juxta beneplacitum Divinum, Ipsius sancta & perpetua maneret habitatio, 2 Sam. 7: 10. 1. Reg. 8: 13. 1. Chron. 28: 2. 2. Chron. 6: 2.

(c) Nisi Tu Ipse, O Deus, Te præsentem dederis, nuda arca nec seipsam, nec nos servabit 1. Sam. 4: 11.

(d) Juxta quam, Tuam potentiam ostendere soles, Jos. 3: 14-17. & 6: 45. 1. Sam. 5: 4, 6. Ps. 78: 61. & 96: 6.

(e)

202
264
(e) Conf. Jud. 6: 34. Job, 29: 14. Concede Ipsi hoc maximum do-
m, una cum pretiosa veste, qua, in significationem spiritualium do-
rum, alias vestiti sunt. Exod. 28: 2.

(f) Justitia Jesu Christi
e apprehensa, Pf. 132: 9. Esa. 61: 10. Rom. 10: 9, 10. & 13: 14. quam varia
puntur virtutes, Col. 3: 12, 13, 14: ita ut ex omni parte beati sint. Psal.
16. 1. Tim. 4: 16.

(g) vid. Psal. 4: 4. ubi hæc annotata: San-
appellantur quos Deus ex mira gratia, Rom. 3: 24. Eph. 2: 8, 9. propter
ristum, 1. Cor. 1: 30. 1. Tim. 2: 5, 6. vocat sanctos & justos, Rom. 4: 5.
ctificatque sibi, Psal. 110: 3. largiens in cor illorum Spiritum Sanctum,
Cor. 3: 16. & 6: 19. ut sic justis, Psal. 12: 2. & 86: 2. serviant Deo in fan-
tate & justitia, Luc. 1: 75.

(h) Hebr. *In bono*. In salute Ec-
siae & Regni, 1. Sam. 2: 32. & tandem in aeterno, Pf. 27: 13.

v. 42. *Herre Gudb wändt icke bort (i) Tin Smordas (k)
läswad är. (l)*

(i) De phrasi vid. 1. Reg. 2: 8. Pf. 132: 10.

(k) Ita se ipsum
pellat Salomo, pia in Deum confidentia, qui ipsum in Regem ungi
it, 1. Chron. 28: 5. & 29: 22.

(l) Memento, O Domine, gra-
se magnæ misericordiæ Tuæ, quam antea, & in Messia, Patri meo pro-
fissi, 2. Sam. 7: 12 -- 16: Pf. 132: 10, 11. Esa. 55: 3. Act. 3: 34. & fac, etiam
temporalibus, gratiæ Tuæ beneficia præstet erogatque, 1. Reg. 11: 13.

Textus hic ex Psal. 132. expositus est in Fascicul. p. 412.

Die IV. (ad d. 15. Julii.)

CONCIO I. ad Hoseæ 4: 1, 2, 3. habetur Homil. Fascic p. 179. seqq.

CONCIO II. ad Jac. 1: 2. vid. Homil. Fascic p. 515. conf. ad Pf. 5. Fasc. p. 185.

Esa. 1: 14 -- 20. p. 182. ad 1. Joh. 3: 21 -- 23. p. 643, ad 1. Joh. 5: 14, 15. p. 481.

CONCIO III. Textus Proverb. 12: 20.

4. *The som något ondt råda, bedraga sig selsiva (a), men
the som til frid råda, the skola glädia sig ther af. (b)*

(a) Hebr. *In corde machinantium malum, dolus est*: quem dolum
am os illorum profert, v. 5, 17. cap. 14: 8, 25. & 26: 24. exempl. Gen.
13. &c. conf. ad Esa. 59: Fascicul. p. 110. & p. 200. & p. 438.

(b) Hebr. *Sed consiliariis pacis, gaudium*, scilicet est in corde ipsorum,
Matth. 5: 9. non ibi dolus, sed quod homines exhilarat, pacem promo-

985
vet & gaudium conscientiae coram Deo, excitat, Rom. 14: 17. conf. de op-
positione bonorum & malorum in Proverbiis frequentissima, Fasc. p. 641,
seqq. & 670. & de pacis studio, ad 2. Cor. 13: 11. Homil. p. 583. & ad
Hebr. 12: 14. Exord. p. 672. Quomodo pax speranda, ad Prov. 16: 7. p. 311.
& ad Jer. 7: p. 340. NB. p. 347. item p. 696.

Die V. (ad d. 12. Augusti.)

CONCIO I. ad 1. Tim. 2: 1, 2, 3. Fascicul. Homil. p. 151. Exord. p. 482.

CONCIO II. ad Psal. 85: 9, 10.

v. 9. Expositus est in Homil. Fascicul. p. 222. NB. 227. seqq. addendum
ex Opere Exegetico.

v. 10. **D**oeb är ju Hans bielp (a) när (b) tjem som fructa
thonom, (c) at i wärt land skal äbra (d) boo. (e)

(a) Hebr. *Salus Eius*, Jesum intelligit Esa. 49: 6. qui vocatur *salus Domini*, Luc. 2: 30. quia a Deo ab aeterno destinatus est, & in tempore datus in hominum salutem, Eph. 1: 4. Hebr. 2: 10. omnis salutis fons, Esa. 12: 3. Matth. 1: 21. Deus appellat Eum, *suam salutem*, Esa. 46: 13. &c. & fideles vocant Eum *Salutem Domini*, Gen. 49: 18. Ps. 98: 3. Es. 54: 10. &c.

(b) Adventum Domini Jesu, propinquum annunciat Propheta, conf. Esa. 56: 1. & 62: 11. Zach. 9: 9.

(c) Qui sincero ac vero timore illum colunt, Ps. 34: 9. & 145: 18, 19.

(d) Rex gloriae, Psal. 24: 7. Dominus gloriae, Messias, Hagg. 2: 7, 8. Luc. 2: 32. 1. Cor. 2: 8.

(e) Conf. Joh. 1: 14. D. Luth. *Ut omnia rite fiant, & homines erga se sint invicem benigni, ut vera religio, imperiumque pacificum sub caelo splendide floreat.* Est namque & hoc inter fructus adventus Christi, Esa. 11: 6. Luc. 2: 14. conf. ad Psal. 119: 12. seqq. Fascicul. p. 512. seqq. ad Jer. 7: 22. seqq. Fascicul. p. 359. & 544 ad Tit. 2: 11, 12. p. 671. seqq.

CONCIO III. Num. 6: 24, 25, 26.

Huc refer. ex Fascicul. pag. 24. & 414. ad Psal. 67. item quomodo recipiatur benedictio, pag. 696. ad Syr. 50: 24, 25, 26.

